



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

III. Responsio regis, & de excommunicatis sententia vniuersalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

III.

ANNO
CHRISTI
897.

Nos igitur quibus regni cura, & sollicitudo ecclesiarum Christi commissa est, aliter regnum & imperium iure ecclesiastico regere & gubernare non possumus, nisi hos qui ecclesiam Christi, non habentem, vt Apostolus ait, maculam, neque rugam, conturbant, zelo fidei perfequamur, de quo rex Dauid testatur: *Nonne qui oderunt te Deus oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? Perfe-
Ephes. 5. Et cum
Ephes. 5. Eto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.* Et cum
Psal. 138. euangelium legeretur, audiuius: *Si * te non audie-
Matth. 18. rit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Et alibi:
Rom. 13. *Qui percutit malos in eo quod mali sunt, minister Domini est.* Idcirco non potentiam ostendentes, sed iustitiam exhibentes, præcipimus, & auctoritate nostra iniungimus omnibus regni nostri comitibus, postquam ab episcopis anathemate excommunicationis percelluntur, & tamen ad pœnitendum non inclinantur, vt ab ipsis comprehendantur, & ante nos perferantur: vt qui diuina iudicia non verentur, humana sententia feriantur. Vnde per quemdam sapientem dictum est: *Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo.* Si enim tam rebelles extiterint, vt comprehendentibus repugnare studuerint, & in tali temeritate interfecti fuerint, iudicio episcoporum interfecto-
Prou. 20. ribus nulla imponatur pœnitentia: & præcepto nostro, *† vveregeldi nulla ab eis extorqueatur compositio.* Constringanturque proximi & eorum cognati cum iuramento, ne in illis eos vindicent, sed pacem ad eos & concordiam seruent.

† Vveregeld
defensionis
pecuniam
Germanice
significat,
& ita hic
videtur ac-
cipi.

* For.
ecclesiam